

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Georgio Sabino, genero suo charissimo, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

urbe Vratislavia, ex hac mortali uita euocatū es-
se, certum est. Dolce et Ecclesiae, et generi, et fi-
lie causa. Camerarius heri cum principe Georgio
hinc abiit, secuturus suam familialm. At nos hinc a-
lij sitientes ibimus Afros: Pars Scythia, et fortassis
Balthica littora adimus. Bene uale. Die 21 Ianua-
rij, 1547.

Georgio Sabino, genero suo charis-
imo, S. D.

I, 128.

Magnam uim esse paterni amoris erga uos, e-
tiam te animo tuo existimare non dubito. Quare
mihi facile credes, affirmanti, ualde me dilexisse si-
liam Annam. Cum autem praeclarè de te sentirem
propter scribendi facultatem eximiam, ut alij mul-
ti, qui iudicare de his studijs possunt, in quibus uer-
saris: et ex eo benevolentia erga te singularis in a-
nimo meo nata esset, non iniuitus tibi uolenti filiam
desponsi: uiq; et tibi et uobis haec coniunctio fau-
sta et felix esset, optau. Sed cum ex doctrina cœ-
lesti causas didicerimus precipuas humanarum ca-
lamitatuum, et earum remedias, serimus iam, que ac-
ciderūt, sapiēter. Etsi igitur magno in dolore sum,
propterea quod filia extincta est, et quidem pro-
cul sine parentum amplexu, et prius de rebus ne-
cessarijs cum ea colloqui non potuerim: tamen eas
consolations mihi propono, que diuinitus traditæ
sunt:

sunt: quarum hec præcipua est. Signa uera in filia
 pietatis erga Deum, et ante mortem præcesserunt,
 propter quæ spero, eam iam dulcissimam consuetu-
 dine Dei, & filij eius Domini nostri Iesu Christi
 frui, cui etiam eam sëpe Lachrymans commendauit
 & ut spero, paulo postib[us] eam amplectar. Nostræ
 uero inter nos amicitiam uolo perpetuam esse: &
 ego fideliter eam, si quibus potero officijs, tuebor.
 Tuos certe liberos, meos esse dicā: et uere mei sunt,
 quos non minus diligo, quam dilexi matrem. Fuisse
 autem magnum incendium amoris mei erga si-
 liam, multi norunt: et id morte ipsius non extinctū
 est, sed dolore & desiderio alitur. Cumq[ue] fuisse
 eam admodum fiducie uerop sciam, ipsius in me affe-
 ctus deriuare me iam debere iudico. Quid igitur
 defiliabus & filio deliberas? Non solum consilium
 do, ut ad me mittas puellas, seu omnes, seu aliquas,
 sed etiam te, ut id facias, ualde oro. Educabuntur e-
 nim, Deo iuuante, et fideliter, et suauiter, ut soror,
 ad agnitionem Dei, & ad honesta officia sedulò in-
 stituentur. Vides specimen institutionis in literis,
 quæ filiae tuae manu scripte sunt. Filium Albertum
 nō dubito iam isthic nutribus commendatum es-
 se, quem Deus seruit in columnem. Significabis igitur
 mihi tuam uoluntatem de filiabus, ut uel ipse i-
 sti ueniam: uel amicos fideles mittas, qui huc ad-
 uenant uel omnes, uel aliquas. Martha quia, quæ
 est

est hinc becillior, ualde te oro ut finas eam apud fo-
vorem educari. Nec belli periculis deterreor, quo
minus mecum omnes uersari meos uelim. Texit nos
Deus hac tenus magna cum clemētia, & spero pro-
tecturum esse nos deinceps: quod dīj; est officij, ut cu-
rem familiam in locis tranquillioribus collocari, si
erit opus non negligam. Perio igitur, ut mihi uolu-
tatem tuam de mittendis filiabus signifiques. Nunc
dedi reliquum mercedis. A' Camerario, cum nūc ius
essef necum, literæ allate sunt, quibus ex Tyrige-
tis profici si in Franciam scribit: quod cum nuncio
dixisse, tam procul sequendum esse non putau-
mus. Epistolam eius ad me scriptam tibi mitto.
Adiuncta est & altera Camerarij ad Scyurum. Fi-
lij literas ad Scyurum, quas nūc ius attulit, ego in
Franciam missurus sum. Bene & feliciter uale, An-
no 1543.

Marco Crodelio, S. D.

Hi adolescentes, quibus hanc ad te epistolam de-
di, scholastici sunt Academiæ nostræ, uel præcipue
studiosi: & sunt honestissimorum & ornatissimo-
rum hominum liberi. Quare mihi nō minus quam
mea uita chari sunt. Cum autem uidere principum
pompam istib[us] cuperent, non ualde eis repugna-
ui, uel ut expatiantes relaxaret paulisper animos,
& recrearent: uel quod existimeti aliqua ex parte